



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Thronus Dei Mariae Deipara**

**Spinelli, Pietro Antonio**

**Coloniæ Agrippinæ, 1696**

Præfatio ad Lectorem, & Auctoris consilium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46853](#)

# PRÆFATI O AD LECTO- REM, ET AVCTORIS CONSILIVM.

Pio Lectori Auctoř Spiritus Sancti gratiam, &  
sanctissimæ Virginis Deiparæ patrocinium.

Ocœsto  
hujus Li-  
bre de vir-  
ginae laudi-  
bus con-  
fribendu.

**C**UM de septem Principibus An-  
gelorum ante Deum astantibus,  
opus à me olim inchoatum, con-  
scriberem, in explicationem rerū  
principiū p̄tclarissimæ illius  
vñionis, quæ c. 4. & s. laceræ Apocal. continetur,  
incidi, in qua Deus optimus, quatenus Ecclesia  
sua: paterna providentia administrat, se fū  
tuoris in eadem Ecclesia successibus S. Joanni  
ostendit: eaq; de causa variis typis, ac symbolis  
singulârē celestia uulæ partes, quippe quæ ad  
huius administrationis executionem spectant,  
diligentissime describuntur. Hanc igitur visio-  
nem attentius perseruant, venit in mentem  
quætere, an eorum typorum aliquo Deipara  
semp̄ Virgo subindicaretur.

Neque enim facile adduc̄ poteram, ut cre-  
derem a discipulo, quem diligebat Iesus cui  
Virgini de Cruce pendens matrem Virginem  
commendavit, cum tam multa illius Aulæ o-  
stendisset, eam silentio præteriti potuisse, acne  
typo quidem significationem aliquam datam  
esse ejus, quæ in illa coelesti Curia, inter omnes  
creaturas, secundum Christum, principatiū  
tenet; quæque pro Ecclesia, et multisque fidelis-  
ibus tanquam omnium Advocata Dei misericordiam  
(quæ ad ejus erga Ecclesiam provi-  
dentiam in primis pertinet) jugiter implorare  
non desinit. Cum igitur ipsas illas partes animo  
versarem, typosque omnes excuterem, ac seru-  
rater diligenter, vñsum mibi standem est divi-  
na sedis involuto, quam sanctus Joannes  
græc. & sp̄s. appellavit, Deiparam ipsam esse  
descriptam. Ac dum argumenta ad id proban-  
dum inquiream, longe plura sece obtulerunt,  
quam ut brevi digressione, sicut constitueram,  
comprehendi possem.

Cum vero ex altera parte vehementer opta-  
rem in eo, quod de septem Principibus Ange-  
lorum conficeret, volumine de Virginis  
Deipara excellentia (quam idem septem Prin-  
cipes officiosissime venerantur, & colunt; cui  
etiam nos tam multis nominibus obstricti su-

mus) non nihil attingere: hinc factum est, ut  
oblatam aliquando occasionem avidissimam ar-  
ripuerim, ex altera vero cum tam longam di-  
gressionem nollem in idem opus interfere,  
statui pauca quadam in capite 16. libro 1. de se-  
p̄tem Angelis, ubi de divina sede 4. capite Apo-  
cal. egi, concicere, rationesque quibus Throno  
illo Virginem beatam significati probatur,  
breviter, strictimque perstringere, sed sustin-  
ea de te disputationem in separatum con-  
ferre volumen. Atque hoc illud est, quod eu-  
dimus p̄feleni, tantisper seposita, quam de  
septem Angelis institueram, tractatione; do-  
nec huic de beatæ Virginis laudibus Operi su-  
p̄emani manū imponam, quo in opere my-  
stico illo Dei Throno Virginem Deiparam sig-  
nificatam quatuor præcipuis argumentis pro-  
bare conabor, ad quæ nonnulla referam, qui-  
bus Deiparae Laudes continentur, & præconia  
qua ex capitum hujus Libri Indice cognosci  
facile poterunt.

Primum igitur argumentum, tum ex SS. PP.  
qui Throni Dei nomine Deiparam appellant,  
tum ex SS. litteris, in quibus eadem virginis hoc  
typo adumbratur, depromptum est 2. quod ea,  
quibus in divinis oraculis Throni Dei nomen  
tribuitur (eiusmodi sunt Cælum Isa. 66, Colu-  
mnæ nubis Eccl. 1. 4 & similia) V. Deip. uñq; adeo  
congruant, ut ipsa mystice celum sit, & Colu-  
mnæ nubis, & reliqua, ac proinde Dei thronus me-  
rito nuncupetur. 3. quod throni, qui tertium su-  
p̄emæ Hierarch. ordinæ constituunt ex Dion.  
Actopag. c. 7. Coelestis Hierarch. & S. Th. t. p. q.  
108. art. 5. ad 6. iuriū adepti sunt nomē, propter  
quid uplicem, quam cum sedibus materialibus  
habent similitudinem. In nostris enim sedibus  
spectari potest, 1. (ut verbis utrai S. Th.) situs,  
quo terrā elevantur. 2. Firmitas qua quis in eis  
firmiter sedet. 3. quod sedēt, qui in sedē defteri  
potest, & cui nihil est sua sedē vicinus, suscipiat  
4. deniq; figura superius aperta ad sedēt exci-  
piendū. Sed hec omnia respectu Christi Dei nostri  
malo melius, lōgeq; præstatius, quā in thronis

Throni  
tende dñe,

† † † 2

An-

PRÆFATIO

Angelis, & in cæteris omnibus creaturis Deiparæ insunt, quod licet insignari nemo possit, propter multiplicem (amen laudum) Deiparæ materiam, quæ in iis explicandis, confirmansq; continetur, capitibus omnino decem argumentum hoc peccatamus. Quartum, & postremum argumentum erit ex iis, quæ de divino throno in sacra Apocal. scribuntur, siquid ea omnia sanctissima Virgini per allegoriam competere, uno & viginti capitibus ostendimus, in quibus alia quoque virginis encomia persequemur.

Ad extremum in posteriore hujus operis parte septem capitibus de pietate, ac devotione, qua eandem Deiparam colere, ac venerari debemus, agendum erit.

Cum vero aliquot hujus Operis capita multo evaserint longiora, quam initio putabamus: cumq; jam non esset integrum propter operis, ac rerum, de quibus agitur, dispositionem semifinal factam, ea in plura dividere, ut tamen Lectio unico veluti contineatur, quæ in his capitibus longioribus continebantur, cognoscere, summarium, quod esset veluti Capitis periocha, illud præfiximus.

Porro hunc operi Appendicem addendam duximus, qua illa continentur. Primum Elogia quæ Deiparæ vitam intexerunt. Deinde quatuor tractatus, quos ad eisdem Virginis laudes pertingere existimavimus. Primus in salutationem Angelicam ternis in singula ejus verba adnotatiunculis distinctus, quem anno 1602. Neapoli Italico sermone edidimus. Alter Exemplorum, ac Miraculorum Deiparæ. Tertius de Festis diebus, ac templis eidem Virgini dicatis. Quartus de ingenti virginum utriusq; sexus multitudo, qui Deiparæ virginitatem sunt imitati. Hæc autem quamvis ad librum, & ad Deiparæ, quæ sub tipo throni celebratur, Laudum præconia pertineant; quia tamen aliqua alia in iis fusius peccatantur, ne in ipso opere longius digredi videamur, commodius visum est ad calcem libri Appendix rejiçere.

Elogia vero illa juxta Deiparæ vitæ seriem in Litaniarum formam, una cum suis precibus disposita anno humanae sal. 1585. Neapoli in lucem edidimus, quæ postea non tantum Romæ anno 1587 & rursus anno 1595. verum etiam in Belgio recusa prodierunt: nunc vero Elogia tantum idcirco recudere voluimus, tum quod Deiparæ vitam, atque præconia ex variis sacra-

rum litterarum locis summatum complectantur; tum etiam quod usi esse possint iis potissimum, qui sabbatis de eadem Deipara ad Congregationum sodales verba faciunt, ut de ea meditandum aliquid iisdem proponant, quod qua ratione ex illicet sui possit, nonnullante Elogia præmonemus.

Vide me materia dulcedine alleculum magnam sati atque arduam suscepisse provinciam & necessariis desitutum praesidiis vastum Deiparæ virginis præconiorum pelagus ingressu id oneris subiisse, quod vel sapientissimi, sanctissimique Doctores reformidarunt. Nam S. Bernard, Difficile est Bern. eximiae vir sapientia, ac sanctimonie scr. de Virginis 4. de Allum. virg Non est equidem, inquit, quod mem magis delectet, sed nec est, quod terreat magis, quam de gloria Virginis Mariæ habere sermonem, ac dignitate agere. Laudibus, quam de gloria Virginis Mariæ habere sermonem, te agere. ut licet de ea loqui gestians omnes, tamen quicquid dicitur de inaudibili eo ipso quod dici potuerit, minus gratum sit, minus placeat, minus accipietur: & mox: Quanam poterit lingua, etiam si Angelica sit, dignis extollere laudibus Virginem matrem, matrem auctem non cuiuscunq; sed Dei. S. Augustinus serm. 35. de Sanctis: Quid nos tantilli, inquit, quid actione pusilli, quid in Virginis laudibus referemus: cum etsi omnium nostrorum membra vertentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus. & Anselmus liber de excellent. Virg. cap. 2. Ea, inquit, que incunctanter de Virgine vera existunt, tanta laudis materia sunt referta, ut quicunq; in laudando eam morari desiderat, neceesse sit, ut facultas ejus magnitudini rei, & veritatis succumbat. & S. Bernardinus Scenensis tom. 3. serm. 2. de gloriose nomine Mariae initio: Nemo, inquit, pertingere ad laudem gloriosa Virginis potest, quæ omnium hominum, & voces excellit, & superat intellectum.

Quare merito Petrus Damianus, cum de ea ageret: impar, inquit, est ibi omne humanae lingue præcanium. Immo ne Angelos quidem eam laudare posse, Bernardus supra citatus, a liue sancti Patres merito affirmant.

Epiphanius enim de ea agens: Cui prædicanda, inquit, neque hominum, neque Angelorum lingua sufficit. Et Damascenus: Eam, inquit, non hominum lingua, non mundo sublimior Angelorum mens fat dignis laudibus nobis datum est, per quam Dominus gloriam instauri Assumpt. credere oportet, quod hac Virgo mater ineffabilis est, & hodie omni modo celesti ita illustratur gloria, ut nullus in terris possit dignis laudibus venerari.

3. Sed

AD LECTOREM.

*Ne Angeli  
quidem  
Virginem  
digne lau-  
dere pos-  
sunt.  
Non à lau-  
danda Vir-  
gine cessa-  
dam.*

3. Sed an propterea, quod Virginis Deiparæ laudes sint immoꝝ, nosq; indigni, qui eam laudemus, id eo ab eis laudibus abstinentum? Audiamus, quid Damascenus, quid alii de hoc sentiant. Damascenus enim, ubi Angelos ipsoꝝ Virginis laudandæ pares non esse pronunciasset hæc verba subiicit: Quid ergo? an quia eam pro dignitate laudare minime possumus, idcirco in ture reprehensi conticesemus minime sane. Quin porius temporat ambo cupiditate, contextuq; una ex u. rōg corolla cum sacra reverentia, tremente manu, ne cupido an mōiles ingenioſiſtris primitas Regi mari de universa natura bene merita grato, candidoq; animo tanquam debitum quoddam per folvemus. Sic ille, quo loco exemplum afferit iustici illius, qui cavis manibus exceptam aquam Regi obtulit, cui gratissimum fuit exiguum illud munus non ab ex quo animo profectum.

Sophronius inter opera Hieronymi serm. de Assumpt. Et quamvis non sit speciosa laus in ore peccatoris, noli cessare à laude, quia inde tibi promittitur venia, unde & omni us, ut laudes, & Bern. de Virg. gloria: Licet, inquit, dignum ali quid sterili concipere cogitatio, aut ineruditatio locutio parturire non possit, de ea tamen silere devotio non patitur.

Horum adeo tantorum virorum, vel exemplo, vel testimonio confirmatus, & ejusdem Virginis benignitate, atq; ope fructus ad ejus laudes enarrandas animum applicui: malum enim de præstantissimæ Virginis Deiparæ præconis aliquid quoad possem, vel balbutiando conari, quam quoad de berem nihil attingere, præsertim cum in ejus gratia recordatione versemur, cuius spiritus super mel dulcis. Ideoq; mi ram in hominum animos dulcedinem pietatis instillare, & ex illius laudum celebratione, juxta illud Eccles. Qui me elucidant, vitam eternam habebunt, fructus existat ubi nimis. Ideo An sel. de excellent. Virg. c. i. Quomodo, inquit, fieri potest, ut ex memoria laudum ejus salus non proveniat peccatorum, cuius uterū factus est via ad sanandum peccatores venienti Salvatori. Honor præterea Deiparæ (ut probat S. Thomas ex illo Proy. 17. Gloria filiorum Patrum eorum) redundat in Christum nostrum Redemptorem: Sicut enim, inquit Bernard, cum filium honoramus, à laudibus matris non recessimus, ita dulium non es, quicquid in laudibus matris profanum, ad filium pertinere.

Sane Bernardus suam ad Virginem laudan-

dam indignitatem respiciens, ecclitus sibi auxilium mitti optabat, cuius hæc ipsa verba sunt: Vehementer timeo, ne jam iam audiam ad me dicatum: quare tu enarras justitias meas, & assumit Bern. ho- testamentum meum per os tuum: utinam & mihi super mihi de superno altari non quidem carbo unus, ed in suis est petit genus globus igneus afferatur, qui uidelicet mul tam, & in veteram pruriens oris metrubig. è celo opem ad Virgi nem cele brandam. gelia ad Virginem, & Virginis ad ipsum gratia in vicem, ac caſta colloquia dignus habeat meo qualicumque replicare sermone.

Multo igitur magis mihi necessariis ad scribendum de sanctissima Dei Genitrice, tum pietatis, & sanctimoniae, tum ingenii, & eloquentiæ præsidii deſtituto ejusdem Deiparæ opem in hac de ea tractatione perficienda, implorare necesse est; ut ejus auxilio tantum opus aggrediatur, atq; ad finem usq; perducam.

4. Cæterum in hoc operis vestibulo piu Lectorem aliqua monitum velim. I. nos ad rerum confirmationem, in rebus quoq; perspicuis, & sine ulla controversia inter Catholicos receperis multa Patrum testimonia congerere, eaque totidem verbis in medium afferre: quamvis enim eorum sensum scholastico more paucis referre potuissemus, ipsorum tamen integræ sententiam citare maluimus, sive quia eorum sensum aperit luculentius, sive quia tot, tantoruq; virorum auctoritate major etiam nostris d'cis fides accedit: sive etiam, utin ipso tot PP. quasi fonte degustentur ea, quæ illi ad Virginis commendationem, uno veluti ore diversis interdu allatis rationibus (ex quibus varia quoq; eaq; præclaræ de Virgine obiter indicantur) protulerunt, præsertim cum ille præcipuus finis nostri sit operis, ut quæ dicimus sanctorum PP. sententias tanquam administrulis suffulta universa nitantur. Deinde neque haic operi supervacaneum, neque Lectori molestum existimavimus, si interdum quedam Patrum testimonia ubi opus erit, vel ad diversas res probandas, vel ad eorum, de quibus agitur, connexionem repetiverimus. Cæterum qualis, quantaque sit quorū PP. vis, atq; auctoritas testimoniorum, quibus in hoc opere utimur, eorum præsertim, quæ aliquis occasione in controversiâ revocari possunt, in subjecta admonitione perspicue constabit.

Voces quoque, quæ in scholis, vel apud Patres ipsa consuetudine tritæ sunt, interdum usurpare maluimus, ne si politiores, elegantiores substituerentur, eorum, quæ afferre voluntur vo-

*Cur plurimorum  
PP. testiſ  
monia ad  
verbū  
integra ef  
ferantur.*

*Cur inter  
dum ali  
quorū PP.  
sententia  
varii occ  
casione  
repetuntur*

*Jeha-*

*B. Virginis  
ope ad eam  
laudandæ  
accendit.*

PRÆFATIO.

Uerbatur vīm, atq; sensum minus exprimerent,  
ac declararent: quin etiam dictione ipsa non ad  
elegantiam exornata, sed ad res, quæ tractantur  
apic appositeq; exprimendas accommodata  
pro nostra tenuitate usi sumus; in hujusmodi  
enim rebus culicōrē oratio rem nemo jure ex-  
igere potest, vel debet. Bonorum siquidem in-  
geniorum insignis est indolis, ut ais. Aug. in ver-  
biū verū, amare, non verbānam & Cicero Ro-  
manus eloquentia pater à Philosopho eruditio-  
neum requirit; eloquentiam vero, si non habet,  
non admodum flagitat, modo complectatus  
verbis, quod vult, & dicat plane, quod intelli-  
gatur, præterim quia omnes, inquit idem Cice-  
ro, quod de re bona dilucide dicitur, mihi præcla-  
re dicit videtur, istiusmodi autem res dicere orna-  
re velle puerile est, plane autem, & perspicue ex-  
pedire, posse docti, & intelligentis viri, sic Cicero  
S. vero Basilius in Epist. ad Diodorū: Inaffe-  
cta, inquit, distinctionis simplicitas, decora mibi  
videtur, & convenientis professioni Christiani  
homini, cuius est non ad ostensionem magis scri-  
bere, quam ad publicam utilitatem.

*Non omnis  
Virginis  
præconia  
hic conti-  
nentur.*

5. Neq; vero animus mihi est omnia Virginis  
ornamentalē, lateq; diffusa hoc tantulo  
volumine perstringere: Eset enim, ut est in pro-  
verbio, *Atlanticum mare cotyla exsorberē*, præ-  
terim cum Virginis laudes, ut supra ex PP. di-  
cebamus, Angelicam ipsam intelligentiam sua  
magnitudine excedant. Sed præclare mecum  
actum iri putem, si, cum Deiparam sub divini  
throni symbolo Apoc. c. 4. adumbratā aliquot  
argumentis probaverio, nonnulla etiam de ea-  
dem Virgine apponam, quæ quaruncunq; eli-  
cubrationum mearum quasi pigmentis, inge-  
niq; pertenuillo quidem, sed tanum aliquo  
penicillo, eadem Virgine duce efformentur,  
accelerentur: non quod majorē SS. Virginis,  
quæ ut cauit Ecclesia: Felix est, & omni laude  
dignissima, gloriam his scriptis afferre me posse  
existimem, præterim post tot illustrium Au-  
torum, sive veterum, sive recentiorū monu-  
menta, quorum omnium ingenia in Virginis  
laudibus celebrandis egregie desudarunt; sed  
ut ei per exiguum immensi debiti partem aliqua  
ratione perfolvere, atq; obliquantæ quamplu-

rimam me illi debere cognoscō, significationē  
aliquam ostendere valcam. Nam & Baptista  
Mantuanus li. Parthen. idipsum eleganter sic  
cœcinit.

Nulli adeo vivax animi solertia, nulli  
Tam felix aderit florentis gloria lingua,  
Ut MARIA possit laudes equare loquendo.  
Qua data sunt illi, nunquam mortalibus ullis  
Antea concessit, nec post concedet Olympus,

6. Solvamus igitur cum Moysē calceamenta  
de pedibus nostris, carnalium nimirum cogita-  
tio sum (ut ait Bern.) involucra deponamus, &  
ad hanc visionem magnam videndam, b.e.ad esse debet  
Virginis laudes celebrandas ejus confisi patro-  
mū. Quales ad  
Viginem  
laudandā  
cincio reverenter aggrediamur; & quando lau-  
dem non esse speciosam in ore peccatoris sacræ  
admonent litteræ, nos, qui Deiparæ præconia  
sive scriptis mandare, sive (id quod omnes de-  
berent) verbis efferre cupimus, nostrum ab o-  
mni peccatorum labore animum abstergere cu-  
remus: ipsius Virginis profundam humilitatem  
integerim ab omnibus caras illecebri pa-  
ritatem, ardentissimum erga Deum amorem,  
cæterasq; ejus virtutes pro viribus imitandas  
fusciplamus: Summa enim religio est, ut ait Au-  
gusti, imitari quod calimus. R.c. te quoq; monet  
S. Ildefonsus, ut imitemur Matrem Virginem,  
quam laudamus: Quoniam, inquit, non tantum  
illi pro deo nostra laudatio, quantum nobis ejus  
imitatio: unde bono magis placet imitator de-  
voit, quam laudator osiosus: ramen vera lau-  
datio cordis, imitatio est operis. ita Ildefonsus.  
sic enim emento hujus mortalis vite, curiculo  
ejus auxilio, ductuq; perveniemus ad filium in  
beata illa Civitate, ubi, ut verbis utar Gregorii,  
est dies æternus, & unus omnium spiritus, ubi est  
certa securitas, & secura æternitas, & æterna  
tranquillitas, & tranquilla felicitas, & felix  
suavis & suavis jucunditas. Quod ipse præ-  
stare dignetur, qui ex eadem Virginē pro nobis  
dignatus est nasci. N. apoli nonis Martii  
Antio humanae salutis.

MDCXII.